



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Pecunia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

cenſetur autem tale, quod ei donatur nulla facta patris mentione. * *Nau. l. c. cap. 144.*

3 Aduentitium, quod ei aduenit eius industria, vel donatione, vel ſucceſſione, vel fortuna; in quo proprietas eſt filij, at uſusfructus patris, quamdiu uiuit. Quòd ſi filius emancipetur, eius eſt dimidium: itemque ſi pater fiat Religioſus, ſecundum quosdam: nam alij totum tunc filio tribuunt, alij totum patri.

* *Nau. l. c. num. 143.*

At uſusfructus; *Syl. l. c. num. 3.*

4 Acquiſitū ex reb. patris propria industria, partim eſt profectitium, partim aduentitium; itaque dimidium eſt filij. Quòd ſi clam patre acquiſitum eſt, aut ex pecunia à patre mutuo accepta, totum quidam dicunt eſſe filij.

* *Vide Nau. l. c. num. 141.*

5 Conſiſcatis bonis patris, non conſiſcatur aduentitium filij: conſiſcato autem aduentitio, non perdit pater in eo uſumfructum.

* *Vide Syl. l. c. num. 3.*

6 Si pater alienauit aduentitium filij, is, ſi eſt hæres, non poteſt, ſecundū quosdā, reuocare magis quam pater: ſubit enim perſonā eius.

Pecunia, vide Moneta.

Penſio, vide Beneficium, Clericus, Hora Canonica.

1 **R**edemptio penſionis non fit ſine Papæ auctoritate.

* *De*